



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 78. Duodecim Præsules Hispani huic prorogationi obluctantes, ac contra
eam reclamantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. sublata esse intelligatur, ac suus vigor,
 A.C. 1552. & robur Concilio sit restitutum, & esse
 intelligatur, sine alia nova Concilii con-
 vocatione, accedente ad hoc decretum
 consensu, & Auctoritate Sanctitatis sue,
 & Sanctæ Sedis Apostolicæ, interea ta-
 men eadem Sancta Synodus exhortatur
 omnes Principes Christianos, & omnes
 Prælatos, ut observent, & respective,
 quatenus ad eos spectat, observari faci-
 ant in suis regnis, Dominiis, & Eccle-
 siis, omnia, & singula, quæ per hoc
 Sacrum Oecumenicum Concilium fuerunt
 bactenus statuta, & decreta.

§. LXXVIII.

*Duodecim Præsules Hispani huic pro-
 rogationi obluctantes, ac contra
 eam reclamantes.*

Nicol. Psal. Perlecto hoc Decreto Episcopus dice-
 bat: Reverendissimi, ac Illusterrissimi
 I. e. Pall. l. c. Domini, Reverendique Patres, placent-
 ne hæc omnia vobis? Ad hæc cuncti re-
 spondebant, Placet, exceptis duodecim,
 qui erant, Salvator Alepus Archiepis-
 copus Turritanus, Joannes Salazarius
 Episcopus Lancianensis, Alvarus a
 Quadra Episcopus Venusinus, Petrus
 Acugna Avellaneda Episcopus Asturi-
 censis, Joannes Fonseca Episcopus Sta-
 bienensis

bienfis, Franciscus Navarra Episcopus Sæcul. XVI.
 Pacensis, Michael Puchius Episcopus A C. 1552.
 Elvensis, Joannes Æmilianus Episco-
 pus Tundensis, Martinus Ayala Epis-
 copus Gadinensis, Alvarus Moscosus
 Episcopus Pampilonensis, & Petrus
 Poaz Episcopus Civitatenis.

Hi omnes exponebant, quod pericu-
 lum ipso rumore longe minus esset, &
 quamvis jam ante quinquennium Prote-
 stantes Clausam arcem expugnassent,
 atque universa Tyrolis non nisi a Fran-
 cisco Castel-Alto fuisse propugnata,
 propterea tamen Concilium non fuerit
 interruptum, hinc etiam nunc, ut olim
 factum, timidi duntaxat dimittantur,
 cum Cæsar adhucdum Oeniponti agens
 suis viribus, ac potentia facile cunctos
 hosce tumultus dissipare valeat; ceteri
 ergo, qui voluerunt, libere remanere
 permittantur, donec certior habeatur
 notitia de mente Cæsaris, qui, cum non-
 nisi trium dierum itinere Tridento di-
 stet, prompte responsum dare poterit.
 Nihilominus Episcopi natione Itali Sy-
 nodum esse interrumpendam unanimi
 suffragio concludebant, idque adeo ne-
 cessarium demonstrare nitebantur, ut
 absque vitæ, bonorumque dispendio e-
 jusmodi consilium recusari haud valeat.
 Verum illæ, quas attulerant, ratio-
 nes nondum præfatos duodecim Præla-
 tos

Sæcul. XVI. tos a sententia dimovebant: cum ta-
A.C. 1552. men Synodi prorogationem impedire
desperarent, saltem adversus eam scri-
pto reclamare decreverunt, nec tamen
hæc eorum oppositio efficere valuit, quo
minus ceteri omnes Tridento abire sta-
tuerent, quinimo ipsimet duodecim illi
Præfules, eoquod hoc periculum re
ipsa gravissimum esset, prout ipsimet
brevi experiebantur, reliquorum exem-
plum sequebantur: solus vero Cardina-
lis Tridentinus Oenipontum secedere
decreverat, ut Cæsarem pro viribus
suis in præsenti rerum vicissitudine ad-
juvaret.

§. LXXIX.
*Papæ Legatus ob adversam valetudi-
nem Tridenti hærere coactus.*

Sleid. l. 23. **C**rescentius Papæ Legatus ob morbi

865.

Thuan. hist. sui vehementiam solus Tridenti hæ-
l. 9. p. 293. rere cogebatur, cum haud amplius a-
Pall. l. 12. liorsum transferri posset: dum vero hu-
c. 3. n. 1. § 9. jus infirmitatis periculum magis augeri
haud timebatur, Veronam transfe-
batur, ubi tamen hoc anno Domini
millesimo quingentesimo quinquagesi-
mo secundo die prima Junii naturæ de-
bitum solvit.

§. LXXX.